



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice
Methodum compendiarium reformationis Ecclesiasticæ à Concilio
Tridentino factæ continente

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1679

Art. I. De Definitione Theologiæ moralis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48233)

Nomine complecti, sic tamen ut nullo modo
 repetitam doctrinarum particularium ad quam
 latetiam pertinentium Crambein cum fastidio
 sed paucarum duntaxat regularum, velut
 generalium, ex quibus particularium
 conclusio pendet, clarâ, solidâ, practicâ
 explicatione fastidium simul & laborem in im-
 menda memoriæ tam copiosa Theologicarum
 Farragine nonnihil levem, atque at-
 terem. Unde quatuor præcipuè Capita totus
 Tractatus continebit, quorum primum Natu-
 Definitionem, & Objectum Theologiæ moralis
 Secundùm de Accidentibus illius aget.
 Modum solidè studendi, & proficiendi in-
 Quartum denique varia Principia gene-
 ad eandem Theologiam pertinentia propo-

CAPUT I.

NATURA SEU ESSENTIA THEOLOGICÆ MORALIS.

præcipuè sub hoc Titulo explicanda veniunt, scili-
 Definitio, & Divisio Theologiæ moralis; de qui-
 sequentibus duobus Articulis agetur.

ARTICULUS I.

De Definitione Theologiæ moralis.

Breviter & rectè Theologia moralis sic definiri
 Est Habitus supernaturalis ad actus morales Super-
 naturales in genere dirigendos ordinatus; per hoc enim
 Theologia moralis à reliquis Scientiis distinguitur, quòd hæc
 ad actus morales immediatè dirigendos sint institu-
 Theologia Speculativa, Polemica, & Controversa; vel
 Ff 3 certè

ecce ad eosdem non sub ratione supernaturalitatis ordinantur, ut Ethica; aut saltem circa eosdem in particulari dirigendos inclinent, ut Prudentia: Unde merito Doctores dicunt Theologiam moralem & Ethicam medium quasi locum tenere inter Synderesin & Prudentiam, eò quòd non omnia circa universalissima principia actuum moralium versentur ut Synderesis; nec tamen etiam circa singularia occupentur ut Prudentia.

II. Ex hac Definitione facillè nunc colligitur, quomodo sit objectum Materiale Theologiæ moralis, nempe Actus voluntatis, prout sunt indifferentes ad Rectitudinem vel Irrectitudinem moralem, seu quod idem est, Bonitatem vel Malitiam; unde hæc Moralitas seu Bonitas supernaturalis erit objectum formale incomplexum Metaphysicum cum ipsa sit formalitas seu ratio, quam præcipue Theologia moralis in actus Voluntatis introducere intendit, à qua inde etiam Nomenclaturam & Denominationem Theologiæ moralis accepit.

III. Caterùm licet, si hoc modo consideretur, non versetur immediatè circa DEUM, atque adeò sub hac ratione Theologia vocari non mereatur; quia tamen est pars aliquæ Theologiæ strictiùs acceptæ, ideo adhuc nomen Theologiæ ob coniunctionem & subordinationem cum illa retinetur, ut si dicere malis, eam pro suo objecto habere Deum per actus morales supernaturales eo modo, quo fieri potest, possidemus, cum verè ad hoc sit instituta hæc Theologia moralis, ut actus Supernaturales elicere, & per hos ad possessionem Dei velut ultimi finis pervenire tandem possimus.

ARTICULUS II.

De Divisione Theologiæ moralis.

I. Non est hic Sermo de Divisione strictè acceptæ Generis in Species suas, cum hoc ipso, quòd pro objecto Moralitatem Supernaturalem in Genere habeat, consistat, eam ob unicam quandam infimam Speciem; nam etsi de Actibus moralibus malis etiam, seu de Peccatis agere soleat, hi tamen hoc ipso, quòd mali, atque adeò supernaturalitatis incommuni